Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Registratura Maximilliani - Cod. Aug. pap. 13

Maximilian <II., Heiliges Römisches Reich, Kaiser>

[Reichenau], 1563-1566

Februarius

urn:nbn:de:bsz:31-84715

Visual Library


1565
FEBRVARI-
VS:

BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Literæ passus pro Michaele Ruyz et benedicto Ehn

Maximilianus &c. Ser.mis Regibus &c. Cum fi-
5210 delibus nobis dilectis Michaeli Ruyz Hispano
Ser.mor Rudolphi et Ernesti filiorum nostrorum
char.mor Secretario, et Benedicto Ehn Germa-
no eorundem Dil.mi Pabulatori in Hispanias pro-
ficiscentibus perbenigne faueamus, ac prom. quod
parant iter opportunius cedere cupiamus. Iccirio
eos &c. Datæ 7a Februarij Anno 65. /
Viennæ

Maximilianus &c.

5220 Gabrieli Pereny

Allata sunt nobis opportune, quæ in promonto-
rijs tuis nata ad nos transuehenda procurasti,
Vasa Vini quatuor, albi scilicet duo, et rubri to-
tidem. Et quod saporis præterea suauitate præ-
stent, grato nobis ualde obtigere. Tuiq; pro-
inde obsequentissimi erga nos animi. hoc etiam

officij

officij genere contestandi studium solita in te benig:
nitate Clementer agnoscemus. Datum Viennæ pri:
ma Februarij Anno 2c. M.D.LXV.°/

Maximilianus &c.

Comiti Prospero ab Archo,

523° Mag.ce f.n.d. S. D. Pon.ci Max.o pro filiali nostra
in eius S.tem obseruantia per lr̃as hisce coniunctas
significamus, exequiarum quas Sac. Cæs. M.ti Pa:
renti nr̃o amantiss. augustiss. me: Pragæ sub
x̄. diem Martij concelebrandas instituimus tem:
pus, simul et suorũ Legatorũ ut aliquem assiste:
re nobis suo nõie eo in actu uellet, reuerenter pe:
tijmus. Literas igr̃ eas Suæ S.ti tu quampri:
mum pro debita reuerentia ipse reddes, Acturus
ex benigna nr̃a uoluntate, qua in te semper pro:
pendemus. Datum Viennæ 4.ta Februarij A.o 65.°/

524° Patentes pro Santo Quirino Bibli:
opola, quo libere Aulã Cæs.am suis mercibus sequi possit

Maximi:

Maximilianus &c. Vniuersis et singulis has inspecturis &c. Volumus, Santo Quirino Bibliopolae, qui has exhibebit, ex Clementi nra Concessione indultum esse, ut merces suas librarias aulae nrae comorans et continuo sequens exponere, diuendere et distrahere, Bibliopolarumq; reliqua iusta comertia exercere ijsdemq; priuilegijs et immunitatibus, quibus caeteri aulam nram, eadem nra ex licentia sequentes Mercatores siue artifices, frui, uti et gaudere libere, neq; a quoq; prorsus arceri aut prohiberi possit. Id quod hac patenti, quam nra et manu subscripsimus, et sigillo nro signauimus, attestamur. Datae Viennae VI.ta Februarij Anno &c. M.D.LXV.

Maximilianus etc.

5250 Galeatio Fregoso

Tuae XVI Januarij ad nos scriptae, et mature et tuto

et tuto nobis sunt reddite. Ex ijs primum singulare illud animi erga nos tui obsequium, quod utili aliquo et opportuno officio testatum nobis relinquere, tanto pere contendis, cuiusq; iamantea in te indicia eximia nobis p̃buisti, accipimus sane et amplectimur, ea, qua meretur, singulari benignitate.

Quod negotium uero attinet, de quo iterato pro studij erga nos tui euidentius declarandi desiderio, nos mones, tui nobiscum coram colloquendi facultatem urgens, sane id tantum abs te nunc quidem Clementer petimus, ut eius tui instituti, quibus potissimum aggrediendum putes, rationes et consilia nobis apertius nonnihil et lucidius per literas, propria manu tua nobis scriptas, explices, ut illius rei gustum nos facilius aliquanto assequi possimus, atq; eas literas ad proprias nras manus inscriptas Nobili f. n. d. Consiliario nro et apud Venetos Oratori consignes, nihil porro solicitus, quin ea nobis et securissime reddantur, et apud Nos occultissima omnia sint futura, Id quod ita fore certo etiam

et indubitato

et indubitato tibi planè polliceberis: Cognito aut
ità, paulò clariùs, consilio tuo et negotij maximè
suscipiendi modo et uia tibi proposita, equidem
certiùs exinde deliberabimus et statuemus an et
quando tu ad nos ipse uenire debeas. Interim con:
sultū maximè. et tutius reiq; occultandæ oppor:
tunius planè fuerit, tuum ad nos aduentum om:
nino differri; neq; te cum quoq; alio consilia com:
municare longiusuè in re progredi, q̃ resolutiuā
à nobis sententiam acceperis: quemadmodum ea te
ipm spontè curaturum esse nihil diffidimus. Agno:
scemus aut eiusmodi officium singulari clementia,
qua alioquin in te ob animi tui erga nos summam
istam deuotionem plurimum propendemus. Dat.
Viennæ VII.a Februarij Anno 2d. M.D.LXV.

Maximilianus etc.

5260 Comiti Prospero ab Archo

Insignia Generosi et Magi nobis syncerè dilecti Fran:
cisci Comitis de Nubilaria ex Gonzagarum familia
ortum ducentis, obseguia Diuo Carolo V.to Imp:
patruo nro amantiss. fel: me: mipigrè sane domi
forisq; prestita, eiusdemq; preterea uirtus claroq;
Virorum comendatione nobis summè comprobata,
ad benignitatem ei nram, eo qua nunc quidem im:
plorat, in negotio, non graluatè declarandam nos
planè induxerunt: Petit aut supplex,
ut nra illum intercessione benigna, apud S. D.
Pont. Max., eatenus iuuemus, ut ab eius Sanctis.
coniugium, quod ille cum filia Comitis Scipio:
nis à Colle alto initurus, eo tm impeditur, qd
illa amitæ suæ filia, atq; adeo tertio gradu con:
sanguinitatis sibi coniuncta sit, per dispensatio:
nem supplicam concedatur atq; comprobetur. Tibi
proinde id negotij, quandoquidem preterea nõ
nisi honesti animi institutum, ex eo intelligamq;,
apud Suam Sm ea fide, studio, cura et dili:
gentia, suscipiendũ et satagendum Clementer
mandamus

mandamus, ut ille non obscurè dēphendat, nos Clementia sibi nr̄a libenter adesse uoluisse: In eo tu gratum nobis pristini tui in nos obsequij officiū omnino p̄stiteris, perbenignè aliqn̄. in te agnoscēdum. Datæ Viennæ VIII.ª Februarij Anno ꝛc. M.D.LXV.°

Maximilianus etc.

527° Ep̄o Nouæ Ciuitatis

R.de deuote fidelis nobis dilecte. Iustis, quæ iam pridem paramus, Sac. Cæs. Mt̄i Parenti nr̄o amantissimo memoriæ Augustiss. pie tandem persoluendis propediem accincti; cum id quoq; curæ nr̄æ incumbere animaduertamus, ut in eiusmodi actu Funebris aliqua Oratio, quanta potest, per optimi Imperatoris de Com̄uni repub. Christiana meritis sum̄is dignitate instituatur: Ei autem officio obeundo te potissimum, ut de cuius nobis eximia tàm prudentia et grauitate, quàm eruditione et eloquentia satis

constet

constet, p̄esse feliciter posse persuasum omnino habe:
amus: Nos sanè teipsum à Nobis in id è cæteris de:
lectum, nunc quidem Clementer cohortamur, Vt de eius:
modi Oratione quamprimum p̄paranda omni studio
mediteris, quam, exemplo tamen eiusdem, cum absolu:
ta fuerit, prius ad nos misso, in ip̄is postea solenni:
bus Exequijs Pragæ in Cathedrali Ecclesia per nos a:
gendis, recites. De certo etiam earundem exequiarū
die postea te maturè admonebimus. Sumus autem
tuum in hac re obsequium summè gratum habituri, be:
nignàq; planè memoria in te fouendo et amplectendo
semper recolituri. Datū Viennæ xij Februarij Anno
M.D.LXV.

Maximilianus etc.

5280 Capitulo Posonien̄. Vt. Mr̄. V. de Adami
Salathei vita, & moribus sigillatim sig:
nificent.

Quod superiori mense uobis per literas iniunxe:
ramus, ut de Adami Salathei uita et moribus sigil:
latim nobis significaretis, de eo cum ne in hunc qui:
dem diem

dem diem responsi à Vobis quicq̃ acceperimus. Vos etiamnum his quoq̃ seriò admonitos uolumus, ne idipsum prosequi diutius quicq̃ differatis, Acturi in eo ex benigna nr̃a Voluntate, qua in Vos multum propendemus. Datæ Viennæ XIIII Februarij Anno ꝛc. M.D.LXV.

Decretum per Imperatorẽ XV. Februarij A°. 65.

LXXXIV. Sac: Cæs: M^tis Domini nostri Clementissimi iussu
529 R^mo in Chr̃o patri Dn̄o Zachariæ, Ep̃o Pharensi apud suam M^tem Nuncio Apostolico denuncietur, Ex quo R^dus Dominus Vrbanus Abbas Melicensis apud Suam M^tem de ducta Vxore accusatus grauiter esset, Curauisse suam M^tem quæ eiusmodi illicita coniugia nullo modo in prouincijs suis ferenda statuisset, per Com̃issarios in id à se delectos eundem Abbatem loco sisti, eaq̃ de re diligenter et sigillatim examinari: et tam ex ipsius tandem Abbatis responso, quàm testium in hoc

nisuper

insuper auditorum affirmatione cognouisse, illum matri:
monium quidem nullum contraxisse, à fraudulento ta:
men et mali exempli contractu non omnino esse alienũ,
quemadmodum hæc singula ex scripturis eo de negotio
editis, quæ unà cum hoc decreto ꝓfato Dnõ Nuncio
offerantur, plenius constabunt. Quando uero idem Ab:
bas ad legitimam sui purgationem porro admitti postulet;
subsit aut eius Cœnobium immediate foro S. D. Pont. Max.
Jubet eadem Sua Mtas Cesarea totam hanc cãm ad ꝓdictũ
Dnũm Nuncium, quem à Sua Sta ea de re cognoscendi ple:
nam potestatem habere putat, determinandam referri,
cuius Rma Dominatio audita Abbatis purgatione, in:
tellectoq; integro negotio id statuent et decernet, quod
ius et æquum, corruptioq; huius Sæculi Ecclesiasticorum mo:
res requirere uidebuntur. Iniunxit aut Sua Cæsa Mtas
ipsi Abbati, ut nisi finita causa, ex hac Vrbe non recedat,
de quo Rma sua Dnatio ideo fit certior, quo ubi ipse Ab:
bas reperiri et citari possit, sciat. Quæ benigna est
suæ Mtis ea de re sententia. /

530 Literæ passus pro Georgio Stokh

Maximi:

MAXIMILIANVS etc. Mandamus serio omnibus & singulis tàm Ecclesiasticis quàm Laicis, quibus hæ literæ exhibebuntur, ut p̄sentium latori Geergium Stokh Veredarium in Raab, in omnibus ijs, in quibus Vrām opem et subsidium ad mandatū quod à nobis habet, facilius exequendum, expetierit, quacunq; potestis ratione iuuetis et prouehatis, neq; quicq; secus faciatis, in eo seriam nrām Voluntatem executuri. Datæ Viennæ XV Februarij A°. M. D. LXV.

Maximilianus etc.

531° Magistro et Concilio hospitalis Hierusalem

Quanq; iamantea nihil dubitabamus Dilm̄i Vrae, istiq; Reuerendæ et laudatissimæ Societati, quibus Orbis Christiani salutem dies noctesq; tantæ curę et sollicitudini esse nouimus, ut pro ea tuenda et propaganda p̄ter cætera oīa corpus ipsum quoq; et uitam intrepidè deponere nunq; auersentur, Sacratissimi Imperatoris Diui Ferdinandi, parentis nri amantissimi, ut quem nos et beneuolentissimū

lentissimum, et ad eiusmodi pium Vrum institutum fortunandum oes suas cogitationes, dum uiueret, alacerrime impendentem expertos esse putamus, obitum pgrauis sane doloris causam fuisse, ad eam tamen opinionem penitius etiam nobis infigendam, multum plane fecit ista pietatis et deuotionis plena Vestrorum animorum erga defunctum significatio, quam tum ex lris uestris officiosissimis, tum ex Legato Vro, qui eas nobis attulit, Viro et morum, modestia, et uirtutis studio uere nobilitatis speciem pclare exprimente, ac proinde nobis imprimis charo, copiose accepimus. Ea profecto tantae pterea de Imperio ad nos hac ratione deuoluto expectationi, qualem Vos syncero isto nobis tanto pere congratulandi officio attestamini, coniuncta, nobis maiorem in modum iucunda et accepta obtigit, Quapropter si quid unq; antehac Vos amauimus, benignitatisq; nrae indicia penes Vos extare cupiuimus, ut plane semper fecimus, nunc sane cum ipm amorem et uoluntatem erga Vos nram eo uberiorem esse indubitanter uobis pollicebimini, quanto magis nos ad eam Vobis conseruandam Optimi Parentis nri exemplum et memoria subinde nobis obuersari excitat, Qui enim ceteras Suae Mtis.

uirtutes

uirtutes Summo Principe dignas, Diuina bonitate innixi, assequi omni studio enitimur, ne quid a Vobis in beneuolentia et fauore ad conatus uestros laudatissimos pro Repub. Christiana susceptos felicius prouehendos, in Nobis desideretur, non sumus admissuri: De cætero eidem Vrã Dilmi istiq; Inclytæ Societati fortunata oia precamur. Datæ Viennæ, XVII Februarij Anno &c. M.D.LXV.

532° Maximilianus &c.

Oratori Romæ de officio Nuncij pro Comite Hannibale ab Alta Emps apud suam Mtem prestito.

Benigne plane agnouimus Magci nostri et Sacri Rom. Imperij fidelis dilecti Hannibalis Comitis ab Alta Emps animum illum nobis tantopere deuotum et obedientem de tuo ipse liberis ad nos suis studij et obseruantiæ plenis, tum et Rdus nobis syncere dilectus Epus Pharensis S.D. Pont. Max in aula nra Nuncius fidem adeousq; eximiam et constantem sermone suo apud nos fecit, Quod igr ad eius + idem Comitis + res fortunasq; multum facere animaduertimus, illum Suæ Sti

charum

charũ comendatumq; singulariter esse, adq; eiusmodi eximias dignitates ab eadem euehi, accidit id quoq; nobis impense iucundum et gratum: Quod tu quidẽ S. S.ti pro nr̃a in eã obseruantia de Nobis certo omnino testaberis, rogabisq; ꝑterea reuerenter, ut eosdẽ nepotes suos, tam R.mũ in Chr̃o Patrem D. Marcum S. R. E. Cardinalem de Alta Emps ꝑ Principem et amicum nostrum chariss. quam ꝑfatum Comitem, nr̃o etiam nõie comendatiores porrò habere, atq; paterno amore suo solito complecti benignè uelit: Etenim nos quidem nostro illis fauore et benignitate, qua in ipsos singulari ferimur, ubicunq; res feret, perlibentes sumus adfuturi. Fiet in eo abs te ex iussu nr̃o Clementi, adq; benignitatem in te nr̃am multum contulerit. Dat. Viennæ XIX Februarij Anno ꝑ 65..

Maximilianus &c.

533°

Oratori Romæ, Vt Sum: Pont. Exequiarum D. Ferd: Cæs. prorogationem significet.

Significauimus quidem paulo antè S. D. Pont. Maximo pro filiali nostra obseruantia, quod ad decimum Martij proximè sequentis diem institueramus prose:

qui Diuj

qui Diui Ferdinandi Imperatoris, Parentis nr̃i aman:
tissimi, memoriæ Augustissimæ funus & exequias so:
lemnes, pro eius postrema uoluntate, et debita nostra
in Parentem pietate, iampridem à nobis decretas,
eo animo, ut Sua ẽt S.tas pro libito suo quem uel:
let eiusmodi in Actu suo nomine nobis adesse
com̃odius statueret; atq; eas Literas tibi primũ
ferendas, qui eas postea Suæ S.ti reddens, de in:
stituto insuper nr̃o summariè coràm exponeres,
com̃isimus. Nunc uero cùm ob grauia et ardua
nobis, Regnorum et prouinciarũ nostrarũ ra:
tione, intercidentia negotia, de prorogatione di:
cti Exequiarum diei, necessariò à nobis suscep:
pta, Ser.mos Reges et Principes, fr̃es, consan:
guineos et amicos nostros char.mos per lr̃as de:
nuò admoneamus; officij nostri esse omnino
putauimus, eam ipsam prorogationem suæ
quoq; S.ti nr̃o nomine denunciandam curare.
Tibi proinde clementer iniungimus, ut de ea
S.tem suam quamprimum has acceperis, reue:

renter

renter et officiosissime certiorem reddas, Constanter insuper pollicens eidem nro noie, Nos, ut primum de certo alio die Exequiarū statuerimus, eādem Suā Stem de eo maturè esse admonituros. In quo facies pro solito tuo nobis obsequendi desiderio, de quo te benigne plane complectimur. Datæ Viennæ XXI Februarij Anno M·D·LXV°

534°

Laurea pro Joanne Mylio et Concessio armorum

MAXIMILIANVS etc. Honesto docto nro dilecto Joanni Mylio Libenrodensi poetę Laureato Grām Cæsaream et omne bonum. Morū tuorum probitas, et eruditio pclara, cæteris compluribus uirtutibus haud infeliciter coniuncta non cōmuni solum multorum insigniū uirorum testimonio comprobata, sed à nobis ipsis quoq; aliqua ex parte ex non uulgaribus quibusdam ingenij tui fructibus, quos uel hæc sola nobis opera, quam in Coelestium

Militum

Militum Victoryis uersu heroico conscribendis po:
sitam nobis dedicasti, plus satis apud nos com:
mendarit, perbenigne agnita, nram in te singula:
rem Clementiam ita tibi Conciliauit, ut eius te digna
testimonia à nobis referre non inuiti concedamus:
Quandoquidem inter cætera Imperij nri munera, id
quoq; incumbere non postremum nobis intelligimus
ut hoies Reip. comunis comodo siue armis siue
literis inseruientes, tam patrocinio et fauore nro,
prouehamus, quàm laborum illis suorum et uirtu:
tum pmia, certa, et honorifica, statuamus, quibus
non ipsi solum excituti conatibus suis optimis pro:
sequendis alacrius et constantius insistant, sed
lentiores et ad ingenua studia, illecti, ad frugē
facilius reducantur. His itaq; ex rationibus
nos sane te eundem Joannem Mylium uoluntā:
te spontanea, scientes, et animo deliberato, ex
Imperiali nra auctoritate, pro indefessi tui in
Musis colendis et ueneranda studij merito, lau:
rea capiti tuo imposita, annuliq; aurei tradi:
tione, Poëtam Laureatum fecimus, creauimq;

et

et insigniuimus, atq; ita decretam tibi Lauream te=
nore insuper p̄sentium Clementer comprobamus, Con=
cedimus proinde, ut ex hoc tempore, in futurum, om=
nibus passim in Vrbibus, Ciuitatibus, Com̄unitatibus,
Vniuersitatibus, Collegijs et Academijs quibuscunq;
Vniuersi Romani Imperij, plenā et à nemine tibi
prohibendam, in Artis pöeticæ scientia publicè le=
gendi, repetendi, scribendi, disputandi, interp̄tandi,
et com̄entandi, et eos oēs p̄terea pöeticos actus, quos
cæteri Pöetæ Laurea solenniter insigniti: subire
et exercere consueuerunt, suscipiendi et exercendi
licentiam et facultatem, Omnibus deniq; et singulis,
quibus ijdem pöetæ quocunq; demum loco uel Gym=
nasio promoti utuntur, gaudent et fruuntur, orna=
mentis, insignibus, priuilegijs, p̄rogatiuis, exemptio=
nibus, libertatibus, concessionibus, dignitatibus, p̄e=
minentijs, fauoribus, et indultis, utendi, fruendi,
potiundi et gaudendi quacunq; ratione, tàm
ex consuetudine, quàm Iure concessa, non obstan=
te alia lege uel diuersa consuetudine, quam huic
n̄ræ concessionis gr̄a aliqua ex parte iminui pos=

sit, q̄bꝰ

sit, quibus proinde, quatenus huius diplomatis facultatibus obstant, plenè derogatū uolumus.

Porro ut hanc tibi gram alia quoq; eiusmodi accumularemus, qua non in te solo conquiescens, posteris etiam tuæ uirtutis merita aliqn. sensuris ornamento perpetuo esset, quo et ipsi ceu symbolo ad obsequiū et fidem illam, quam tu erga nos et Sacrum n. Rom. Imperium tam deuotè attestaris, tuo exemplo deuinctiores redderentur; Insignia insuper gentilitia eadem authoritate qua sup clementer tibi decernimus et concedimus tuam in Poësi pstantiam haud obscurè designantia: Nimirū ut scutū sit mediotenus in duas æquales partes diuisum quarum Inferior rubra, habeat depictum candidū uiridi pediculo lilij florem, quem ex ualle inter duos colliculos "nigros" prominentem manus Charitum albæ duæ utrinq; protensæ et complicatæ medium sustineant. In superiori uero parte lazurea, cygnus sit natiuo colore, cuius caput quidem Corona aurea exornet, à pedibus uero utrinq;

stellula

stellula flaua appareat. Scuto imposita sit galea occlusa, et phaleris laciniysq; ex una parte lazureis et flauis, ex altera rubris et albis dependentibus. Galeæ insistat Cygnus itidem Albus, et coronatus, ad uolatum, expansis alis accinctus, quemadmodũ hæc oĩa pictoris manu ingeniosius in medio huius Cæsarei nr̃i diplomatis rep̃sentantur. Volentes proinde, atq; eadem authoritate nr̃a, statuentes, te eundem Joannem Mylium tuosq; liberos hæredes, utriusq; sexꝰ ex te legitime prognatos, eorundemq; posteros omnes ex eis legitimo quoq; coniugio descensuros p̃notatis armis siue insignibus uti et gaudere libere posse. Reliqua pete ex Com̃uni forma.

Datæ XXI.ª Februarij Anno M.D.LXV.

Maximilianꝰ &c

Georgio Cassandro

535

LXXXV. Allatum ad nos est peropportune opus abs te nr̃o iussu conscriptum, quod sane lectum, eiusmodi

deprehendimꝰ,

dep̄hendimus, vt leuem istam in eo transmittendo
moram, uel te tacente, ipsum satis superq; excuset,
ac proinde tam accuratam et obsequij plenam purga:
tionem, qua tu apud Nos Vteris, planè non exegerit,
sunt enim in illo adeousq; matura omnia, et iudicio,
grauitate et prudentia elimata, Vt non expectatio:
nem saltem nr̄am abundè compensent, sed et nobis
iam ijs de rebus tractationem feliciter suscipienti:
bus et optatissimum et magnopere profuturum ob:
tingat. Tuum igr̄ in hoc studium et opera, cùm
Reip. toti Christianæ, cum nobis inprimis eam de
siderantibus tam gnauiter et impigrè nauata,
p̄ter quod, ipsa sui satis abundans sit futurū
p̄mium, à nobis certè singulari insuper benig:
nitate semper recoletur; Et nunc quidem clemēti
saltem eiusmodi nr̄i erga te animi significationi,
Vltra priores Centum aureos, alios tibi Ducentos
Spiræ destinauimus, quos tu à Familiari f. n. d.
Joanne Lang, ubi libuerit, tibi numerandos repetes.
De cætero de nr̄a Clementia optima q̄q; tibi pollicēs. Viēnæ XXI
Februarij A°. 65°.

Maximi.

536

Maximilianus &c.

Oratori Romæ de expugnatione Castri Dockay. &c.

In simili ad Oratorem Venetijs

Vt de expugnatione Castri Dockay, quod nuper Exercitus nr̄i Victoria Diuinis auspicijs potiti sumus, certum tu quoq; habeas, quod isthic de illa minus fortasse diligenter edoctis, si necesse sit, referas, Mittimus ad te ueram et indubitatam eius Expugnationis historiam sum̄atim nr̄o iussu Germanice quidē annotatam, quam tu tn̄ per occasionem facile tibi transferendam cures. Quin et, quæ eadem de re ad singulos Principes Imperij Electores nepotes et principes nr̄os, belli eiusmodi æquissima nr̄a ex parte causam paulo altius repetentes scripsimus, in eundem cum hisce fasciculū coniecta accipies. De cætero nr̄a de benignitate optima tibi semper pollicens. Datum Viennæ Aus Triæ xxii Februarij Anno &c. M. D. LXV.

Maximi:

Maximilianus &c.

537° Oratori Romæ

Franciscum Strozzam Secretarium tuum, quod eius in nos studium ardentissimum, et in ijs maximè, q̃ Sac.m Cæs. Mtem Parentũ nrũm chariss. feliciss. me: et nos etiam spectabunt officijs quibuscunq; tuo ius su obeundis alacerrimũ ab aliquot iam annis declaratũ, bonorum quorundam uirorũ testimonio cõmemorari intelligamus, nrã in se benignitatis fructum reipsa sentire iam antea Clementer cupiebamus. Quod igitur idem Dicuus Imperator parens noster, et nos ẽt ante biennium tibi de eo iuuando mandauimus, cum eius prosequendi nulla hucusq; occasio inciderit, etiamnũ te benigne hortatum uolumus, ut si quod Sacerdotium, cuius prouentus Summã trecentorũ Coronatorũ non excesserit alicubi in Foro iulio maximè, deinceps uacauerit, de eo pro p̃dicto Francisco impetrando apud S. D. Pont.

Max.

Max. nostro nõie, consueta tua in rebus nr̃is curandis diligentia, adhucdum satagas, et qua potiori potes ratione intercedas. Polliceberis autem reuerenter Sanctitati suæ multum nobis gratum id esse futurũ, ac proinde obseruantiæ nr̃æ filialis officijs nos reuerenter mutuo de S. S.te demerendum suscepturos. Tu uero ex benigna nr̃a uoluntate, qua tibi singulariter fauemus, omnino egeris, Datæ Viennæ xxii Januarij Anno &c. M. D. LXV.

Maximilianus &c.

538° Oratori Romæ,

Galeatium Cusanum Secretariũ nr̃um f. n. d., quod in obsequio nr̃o hactenus sedulum inprimis et fidum deprehenderimus, ipsi benigne complectimur, ac proin eũ ex aula nr̃a isthuc iam reuertentem, tibi quoq; ut cuius in fauore multum spei ponit, singularius commendãtum esse nr̃o nomine Clementer uolumus. Juluabis igitur et fouebis illum, ubi tuo

posthac

posthac uel ope uel patrocinio isthic usurus est, ea-
dem, qua cæteros nobis charos soles, beneuolentia
amanter et libenter. Facturus in hoc pro benigna
nr̃a uoluntate, quam tibi singularem semper con-
seruamus. Dat. Viennæ xxiii Februarij A°.
M. D. LXV.

539°

Reginæ Franciæ

Maximilianus etc. Commendamus Ser.mo Vr̃æ S.tis
filio Regi Christianissimo, amico et consanguineo
nr̃o char.mo Secretarium nr̃um fidelem dilectum
Galeatium Cusanum hominem probum atq; integrũ
sanè diligentissimè, petimusq; ab eius Ser.tis ut pe-
cuniæ cuiusdam summæ, quam is superioribus an-
nis in montem Lugdunensem locauerat, cuiusq; iã
à Sexennio nec sortem, nec usurarũ quicq̃ conse-
qui potuit, eiusmodi assecuratio designetur; un-
dè debitum absq; grauiori aliquo dispendio cõ-
modè recuperet. Quamobrem Vestram quoq; S.tem

eo nõie

eo nomine beneuolè compellandam iterũ duximus, (id quod his ipsis etiam maiorem in modum faci: mus) ut hac in re sua quoq; authoritate efficiat, Vt Vestræ S.tis intercessione idem Galeatius adiutum se meritò gaudeat. Erit hoc Vestræ S.tis æquanimitatis proprium, et nobis ita gratũ, ut ad syncerã illam nostri erga Vrãm Ser.tam animi propensionem accumulandam haud parum sit allaturum. Quam eandem Vrãm S.tam ut Deus plurimos in annos saluã conseruet, ex animo precamur. Datæ Viennæ XXIII Februarij Anno &c. M D. LXV.

540°

Regi Franciæ

Maximilianus &c. Per benigne sanè complectimur Galeatium Cusanũ Secretarium nr̃um fidelem dilectũ bonum et frugi hominem, eiusq; opera et fide nr̃is in rebus diu iam utimur. Quamobrem res quoq; et fortunas eius commendatas cumprimis habemus. Is multis ab

hinc an̄is

hinc annis familiari rei suæ tutius consulturus, Lugdum in Sez.tis Vr̃æ Montem (quem uocant) quinq; millia Coronatorũ deposuit, ut reditus ex ijs certos et consuetos ad morem cæterorũ reciperet. Accidit aũt ut sumptu bellico superioribus annis Sez.mus Rex Henricus Vr̃æ S.tis Parens fæliciss. me: non: nihil aggrauatus, eiusdem Montis fructus ita attenuarit, ut ex eo ab anno M·D·LVII in hunc usq; diem, nec fructuum, neq; sortis quicq̃ sit creditoribus Romæ p̃sertim com̃orantibus solutum, inter quos idem Galeatius non leuem hinc substantiæ suæ iacturam passus est. Etsi igitur is subspe tam liquida p̃sertim debita haud grauate consequendi, hucusq; aliunde sibi opem petere consulto substitisset, impulit tamen grauis tandem illum pecunia p̃sertim sua tam magno rerum suarum dispendio carendi necessitas, ut nr̃a se com̃endatione hac in re apud S.tem Vr̃am benigne iuuari supplex oraret. Quod cum nos ex solita illa in ipsum clementia nr̃a cumprimis

cupiamus,

cupiamus, equidem ab eadem Vrã Sez.tis peraman:
ter et secundò iam petimus, ut suo pro mutuo, quẽ
erga nos ipsa gerit, amore et beneuolentia, et in
æqua p̃sertim petentes lenitate hoc illi dicto scili:
cet Galeatio tribuat, ut eiusmodj saltem ipsi As:
securatio constituatur, ex qua is tàm sortem quàm
Interẽe, quod amplius tribus millibus Coronatorũ
excreuit, tutò possit conquirere. Quod si Vrã
Sez.tas à se impetrari, adeoq; nr̃am Intercessionem
aliquid apud se ponderis habuisse declarauerit,
Eadem et hominem longe obsequentissimũ sibi deuin:
ciet, et nos item in quibusuis eiusmodi officijs gra:
tos atq; memores omninò experietur. De cætero pri:
stinum nostrum ueri candidiq; et amici et Consan:
guinei animum, quem iampridem erga Vrãm Sez.tem
suscepimus, in perpetuum conseruantes, eidem Vrãe
Sez.ti omnia fausta atq; fortunata à Deo cedere per:
optamus. Datæ Viennæ XXIII Februarij Anno
M. D. LXV.o

Maximilianus &c

Oratori

541° Oratori Venetijs,

Compellauimus denuo perbenigne Illus. Veneti Domi:
nij apud Nos Oratorem, de Bartholo à Salo in con:
sequendo apud eandem Remp. saluo conductu in
quinquennium aut Sexennium isthic commorandi dum
suam innocentiam iure comprobet atq; iustificet
impetrando, Eadem igr dere te quoq; nro nomine apud
Illu. Ducem Venetum, amicum nrum chariss. et Do:
minium istud Illustre intercedere, studioq; et dilige:
tia tua nris in reb. adhiberi solita studiose sata:
gere, nunc quidem clementer uolumus, tibiq; de:
mandamus, Ages itaq; in hoc ex benigno nro man:
dato et uoluntate, qua in te Clementi semper feri:
mur. Datum Viennae XXV. Februarij Ao. 1565.

Maximilianus &c.

542° Oratori Venetijs

Pertulit

Pertulit ad nos suppliciter Noster et Sacri Romani Imperij f. d. Joannes Wegelin Ciuis Augustanus, Joannem Badoerium eiusq; frēs Patritios Venetos Antuerpiæ, Vbi cōmertia pecuniaria antehac egerant, iam ante quadriennium bonis cessisse, adeoq; complures tam superioris quam Inferioris Germaniæ Mercatores, qui illis pecuniam crediderāt, indigne elusisse. Grauiter insuper conquerens, se quoq; eadem ratione duorū millium Coronatorum, quæ, ijsdem Badoerijs Vt æs alienum apud Germanos maximè Lugdum conflatum cōmodius exoluerent, mutua dedisset, iacturam etiamnū magno suo incōmodo ferre. Eosdem dūt Badoerios ob debita etiam insignia Venetijs contracta ab Illu^ri eius Vrbis Dominio carceribus aliquandiu detentos quidem fuisse, at mox satisdatione isthic saltem facta dimissos de cætero impunes iam Venetijs agere Germanisq; creditoribus libere illudere. Supplex igr tam suo quam concreditorū suorum nōie ad nram ea in re interponendam apud Illu^m istud Dominium cōmendationem confugit, sperans uel hoc solo p̄sidio posse p̄ueniri, ne ipse suiq; ijdem Concreditores Germani pecu:

nia sibi

ma sibi delata omnino defraudentur. Quoniam uero nos dispendium rerum suarum inique ferentes, fauore et patrocinio non indignos arbitremur, sint preterea illi prefati presertim Joannes Wegelin ab eiusmodi nonnullis commendati, quos ob ministeria, quibus in Aula nra defunguntur, gnauiter prestita, chares habemus, sane ut is ipse spem nra in benignitate non frustra positam sentiat. Tibi modo Clementer demandamus, Vt nro nomine apud Illmum Venetiarum Ducem amicum nrum charmum, is tuniq Amplissimum Senatum oi ea cura, studio, et sedulitate intercedas et satagas, vt eius Dilcus prefatos Badoerios tantisper authoritate sua coercere. et ad solutionem iure compellere uelit, dum Germanis quoq tam superioris quam Inferioris Germaniae supradictis singulis, ab illis de Credito satisfiat uel conuentione Legitima satisdetur.

In eo certe tametsi sponte suam Dilcnem et prenominatum Senatum pro aequo et bono statui:

turum

turum esse minime ambigamus, nobis etiam pergratū ab illis obtigiturū esse officium attestaberis. Egeris aūt in eo pro Clementi nro iussu, nram tibi benigni: tatem magis ac magis demeriturus. Datum Vienne XXV Februarij Ao. M.DLXV.

543° Literæ passus pro Laurentio de Roy.

Maximilianus &c. Cum fidelis nobis dilectus Lau: rentius de Roy in Poloniam ad Albertum de Lasko he: rum suum profecturus, commodioris itineris habendi causa, patentes has nras supplex petierit, Nos sane uestro eum protrocimo adiutum nro noie passim eundo trayciendo, redeundo progedi liberius posse, ac sicubi equis et alijs rebus profectioni necessarijs indiguerit, iu: sto delati pcio, à uobis eidem suppeditanda effici, Clementer petimus et uolumus, In eo facturi sunt quidem ~~sunt quidem~~ subditi nri pro uoluntate et mandato nro Clementi, Cæteri uero rem nobis pgratā. Datum Viennæ XXVI Februarij Ao. M.D.LXV.

Patentes.

544° Patentes pro Carolo N. Æmi-
lij Maluetij Bononien. ministro.

Cum f. n. d. Carolus N. Æmilij Maluetij Bononien. mi-
nister in Poloniam profecturus, cum duobus equis, quos
herus suus supradictus Ser.mo Poloniæ &c. Regi, fri
et consanguineo nro char.mo per eundem Carolum N
dono mittit, comodioris itineris habendi causa, pa-
tentes has nras supplex petierit, Nos sane Vro eu
Patrocinio adiutum nro noie passim eundo, trayciendo
redeundo progredi liberius posse, ac sicubi Equis, et
alijs rebus profectioni necessarijs indiguerit, iusto de-
lato precio à Vobis eidem suppeditanda effici, cle-
menter petimus et uolumus. In eo Facturi
sunt &c. Datæ Viennæ XXVI. Februarij
Anni &c. M. D. LXV.

Maximilianus &c.

545° Duci Genuen.

Rempub. Vestram laudatissimam et antea plurimũ amauimus, et nunc eo benignius fouendam complectimur, quo maior nobis ad hoc Imperatoriæ dignitatis fastigium euectis, Sacro Rom. Imperio addictos tuendi et fouendi instat occasio. Quamigr per lrãs Vrãs tam obnixe à nobis petijstis, comparandorũ militum aliquot Germanorũ Facultatem, cum eã portibus vrĩs et oppidis ab Imãni Turcarũ Principis impetu tutandis et vindicandis usui multum hoc tempore futurũ intelligamus, equidem Cornelio Centurioni Vrõ (cui id munus conscribendi scilicet militis detulistis, quiq; istuc reuersus ea de re copiosius uobis referet.) perbenigne et libenter annuimus; non in posterum etiam, quicunq; ad statum d. Reip. Vræ felicius conseruandum nrã benignitate et patrocinio procurari posse sentiemus, unq; deserturi. Et eam Vos spem nunc quidem de nobis tuto suscipietis. Datũ XXVII Februarij. Aº M. D. LXV.º

Regi

546. Regi Hispaniarum.

Maximilianus &c. Laborare iam sese complures annos supplex nobis retulit Mag.cus ac Generosus noster et Sacri Romani Imperij f. d. Julius Comes à Salm, de extorquendis reditibus illis, quos auo suo Nicolao Diuus Carolus V. Imp. patruus noster amantiss. augustissimę me: ex mercium Mediolanensium Vectigalibus exigendos assignasset, quiq; iam ad se toti ex conuentione cum Fratribus suis facta, spectarent; Verum ne in hunc usq; diem, tametsi iam ante annos decem V. S.tus ad Reuerendissimum in Chr̃o Patrem ac Dn̄um Christophorum S. R. E. Cardinalem et Epum̄ Tridentinum, tum temporis Mediolanensis status Administratorem ea de re, "ex Flandria" ipsa quoq; scripsisset eius Dil.mi mandans, ut quicquid ipse Julius et fr̃es sui à Senatu Mediolanensi habere p̃tenderent exolui curaret, extorquere quicq̃ sese potuisse. Senatum enim tum quidē M. D. Lx anni exinde sequentis quatuor statis tē-

poribus

poribus pecunias illas oēs daturū sese promisisse,
Venienti tamen sibi Julio Mediolanum p̄scripto añō
nihil plane soluisse, sed Vrā S.tis nōie decreuisse
alium solutionis terminum, Annum ex̄m M. D. LXIII,
quo nec ipso quicq̄, numerassent, Petijt itaq̄ nr̄a
etiam interposita apud V. S.tem cōmendatione si:
bi subueniri, ne in tantum rerū suarū detrimentū,
quantum dilata longius p̄dictæ pecuniæ solutio ipsi
portendit, immerito incideret. Quæ cum digno foue:
re res sit, nos p̄terea illorum Comitum gentem atq̄
familiam amemus, et libenter foueamus; A Vrā S.tis
peramanter et fraterne petimus, ut, pro sua, cum
in eos, quorum uel maiores, uel ipsi de Augustis:
simo V. S.tis patre, me feliciss. bene meriti sunt,
benigna animi propensione, tum in nos amore uerè
fraterno, Senatui p̄fato denuo Clementer mandet,
ne sæpedicto Julio reditus illis tam sæpe inter:
ceptas uel nunc tandem numerare, quicq̄ mo:
retur. Sane in eo V. S.tas suam nobis gratifi:
candi uoluntatem propensum et desiderium
tametsi iampridem satis contestatum, haud

parum

parum misuper comprobabit, nosq; ad mutua beneuolentiæ fraternæ officia quæ Vræ S.ti perlibenter et debemus et pstamus magis etiam obligabit. Valeat eadem Vra. S.tas et diutissimè et felicissimè. Date Viennæ XXVII Februarij Anno M.D.LXV.

Maximilianus &c

547. Doctori Balthassari Scheider, de transmissa a se M.ti S. Weidæ Genesi

Honorabilis docte fidelis nobis dilecte. Quanto nobis de bello in Hungaria iam prosequendo occupatis, magis opportuna accidunt, tanto gratiori et clementiori à nobis animo suscipiuntur, quæ tu ex Weydæ Genesi diligenter annotata, nobis pro studio erga Nos tuo obsequentissimo tanta cum fide significas. Hortamur igit te etiamnũ Clemẽter, ut porro etiam (quemadmodum ipse te facturum spondes) si quæ eiusmodi alia habebis, copiosius Nobis et magis perspicuè exponas, ac

ad manus

ad manus nras proprias inscripta transmittas. Exhi:
biturus in hoc pergratum nobis officium, clementia
nra singulariter agnoscendum. Datum Viennae XXVIII
Mensis Februarij die, Anno etc. M.D.LXV.